

Viro illustri atque excellentissimo,
Alberto Thorvaldsen,
Equiti Ord. Danebrog.

S. p. d.

J. H. B. Fortlage,
Rector Gymnasii Osnaburgensis.

Thorvaldsens Museums
ARKIV.

Cur Tibi hunc libellum mitterem, nulla alia causa fuit, quam ut Tibi, cui omnes artium amantissimi peritissimique principatum in ea arte, quam tractas, facile deferunt, exiguum summae observantiae meae pignus tradere vellem. Equidem ipse egregia tuae artis opera meis oculis non vidi; attamen eorum argumentum ac praestantiam ad Phidiae opera proxime accedentem ex descriptione in diariis publicis facta cognovi, et summum ingenium tuum elegantiaeque exquisitissimae copiam ita admiratus sum, ut polliceri ac profiteri non dubitem, me, si quis alius, tuis studiis bene superare. Accipio igitur benevolo animo hoc manuiculum, si rem spectas, exiguum, si animum donantis consideras, non contemnendum. Ceterum vota facio, ut Deus optimus maximus Te, Daniae deus atque ornamentum, quam diutissime salvum praestet, ut non modo patriam tuam egregio artis tuae praestantissimae operibus laepletare, sed et universum artium orbem

Suis monumentis conditorum veraeque pulchritudinis et elegantiae
gustum disseminare ac propagare possit. Pale. Tabam Osnaebugae
in terris Hannoveranis, d. VIII. Aprilis. MDCCCXX.